Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Vitae Christi pars prima - Cod. Aug. perg. 22

[Reichenau ?], [15. Jh.]

Capitulum VI

urn:nbn:de:bsz:31-41594

Visual Library

propter quod etiam adventus Christi plenitudo temporis dicitur. Clamabant enim desiderio inenarrabili et hodiernum diem vehementissime expectabant. Hodie est principium et fundamentum omnium sollempnitatum et totius boni nostri initium. Ita usque nunc indignatus erat Dominus contra genus humanum propter transgressionem primorum parentum, sed amodo videns Filium hominem factum non ulterius irascetur. Meditare et vide quam admirabile opus et sollempnissimum festum sit istud. Totum est delectabile et totum est iocundum, totum desiderabile et omni veneratione dignissimum, cum omni devotione suscipiendum, in iubilatione et leticia et exultatione ducendum. In hiis ergo meditare, in hiis delectare et iocundaberis, et forte ostendit tibi Dominus ampliora si vigilaveris. Oratio

Ihesu, fili Dei vivi, qui ex voluntate patris cooperante Spiritu Sancto de sinu eiusdem patris velud quidam fluvius de loco voluptatis egrediens per humilia declinans convallium, humilitatem ancille tue respiciens, in uterum virginis descendisti, ubi conceptus ineffabiliter carnem assumpsisti; descendat, Ihesu misericors, gratia tua, unde per merita matris et virginis super me servum tuum indignissimum, ut te perfecte desiderem et amore nimio concupiam, per eandem gratiam operantem in me fructus bonorum operum salutares proferam. Amen. De visitatione et cotidiana Elizabeth perfectione

Post hec recogitans Maria de verbis angeli que de cognata sua Elizabeth dixerat, eam visitare ad congratulandum et serviendum eidem volebat. Ihesus etiam qui in utero illius erat Iohannem adhuc in utero matris positum sanctificare festinabat. Surgens ergo de loco in quo erat et a quiete contemplationis in qua frequens

erat et ab oratione que omnibus operibus suis erat prima, ivit de civitate Ioseph de Nazareth et abiit versus austrum in montana [iudea]; que sic montana dicuntur quia in altiori loco et ad austrum est versus Galileam, a qua recesserat Maria. Et in civitatem domus Zacharie in loco montuoso ubi montana Iudee sunt erat sita, et via ad eam est aspera et montuosa. Ivit vero cum festinatione, quia diu in publico nolebat apparere, ut ostenderet quod virgo non debet morari in publico nec ibi contrahere colloquia cum aliquo. Et venit in Iherusalem civitatem Iude, quod hoc loco nomen est non tribus sed regni scilicet Iudee; Iherusalem enim in tribu Beniamin erat, propter quod videtur ivisse ad opidum in quo dicitur tunc habitasse Zacharias et natus Iohannes, quarto miliario ultra Iherusalem fere contra occidentem et aliquantulum ad meridiem. Maria concepto verbo eterno ivit ad visitandum Elizabeth, et ut Ambrosius dicit, hoc fecit non quasi incredula de oraculo sibi per angelum dicto, nec quasi incerta de nuncio sibi misso, nec quasi dubitans de exemplo scilicet de Elizabeth sibi dato, sed quasi leta pro voto et tamen sui religiosa pro officiis et obsequendi festina pro gaudiis et inde concepto. Conspice igitur quomodo vadit regina celi et terre non equester sed pedes cum aliquibus de virginibus quas secum domi habebat, per tam longam et asperam viam ut illa erat. Erat enim de Nazareth usque Iherusalem xxxv miliaria et deinde ad opidum Zacharie quatuor vel [quinque] circa. Vadit autem cum ea precedenti humilitas et paupertas omnisque virtutis honestas. Est etiam secum ipse Dominus virtutum magnam et honorabilem habet comitivam, sed non huius seculi vanam et pomposam. Nec erat a conceptu filii gravata ut sunt gravide alie mulieres, non enim fuit Dominus Ihesus matri sue onerosus. O quam felix fuisset qui in illo itinere obviam Mariam habuisset et etiam salutationis ab ea recepisset.

Et intravit Maria in domum Zacharie et
elizabeth cognate sue. Domum religiosam con
sitat. sue quod humilitatis et mansuetudinis spe
manifestat. Et prior salutavit, i. salutem
optavit. elizabeth quasi congratulans ei de dono
quod eam accepisse didicerat. prior ipsa virgo prefert
salutacionem propter duo. Primo causa humili
quia humilior. Secundo causa pietatis quod superior
prima ratio respicit morem illarum regionum
ubi inferiores solent salutare prius superiores.
quasi reverencie exhibicione. Secunda respi
cit morem illarum regionum. ubi salutacio prefertur
a maioribus. in signum quod omnis benedictio
desursum est. Nota moraliter quod hec sunt dicta
de beata virgine. que et nos eius imitatione
etiam debemus facere. Primo quod
exsurrexit. surgamus et nos a torpore acci
die et a desideriis terrenis nos elongemus in quibus
morando dormimus. Secundo abiit in montana.
ascendamus et nos in montana, tendendo in
altiorem vitam, et appetendo celestia. Tercio
cum festinavit. festinemus et nos et quidquid
possumus instanter operemur. quia ut dicit
Crisostomus nichil est quod ita vitam nostram valeat
evertere ut oportet actionem bonorum dissimu
lare, semper quod differre, sepe enim istud. omnibus
nos bonis facit excidere. Unde dixit quidam
quod bonum opus numquam differendum est. ne forte
aliquo casu superveniente impediatur. malum
vero urgens semper differri debet. si forte
aliquis casus superveniens impediat. Quarto
venit in civitatem Juda. Ingrediamur et nos
civitatem Jude, i. confessionis et laudis divine
sumus etiam ad laudandum et obsequendum
deo, et in civitatem contemplativam celes
tem Jherusalem, ad confitendum nomini domini. Judas
enim confitens interpretatur. Quinto intravit
in domum Zacharie. Intremus et nos in domum
Zacharie. non sequentes cogitationes vanas,
sed magis memores mandatorum dei ad fa
ciendum ea. Zacharias enim memorans
dominum interpretatur. Sexto salutavit Eliza
beth, salutemus et nos Elizabeth creaturas
fastidiendo. et in solo deo saturitatem nostri
desiderii statuendo. quod plus replet in bonis
desiderium nostrum. Elizabeth enim dei
mei saturitas interpretatur. Iuxtam ut autem
virgo salutavit Elizabeth, repletus est Jo
hannes spiritu sancto in utero. prout repromis
sum fuerat ab angelo. et sentiens domini pre
sentiam, congaudio in matris utero exultando
et saltando tripudiavit, et quosdam gestus
ad similitudinem exultationis representavit, et
quem lingua et voce non potuit. corde ex
ultavit, et motu salutavit. Movebatur in
ventre, quasi gestiens salutare, et domino suo
assurgere, ac quasi egredi vellet ex utero, et
ei occurrere. Et tunc precursorem suum, primo ip
sius prophetam fecit, qui in utero existens, eius
adventum evangelizavit, et precursionis sue
officium inchoavit. quasi etiam intra matris
viscera iam clamaret. Ecce agnus dei. Ecce
qui tollit peccata mundi, unde Crisostomus. Cristus
ideo fecit Mariam salutare Elizabeth, ut
sermo procedens de utero matris. ubi habi
tabat dominus. et per aures elizabeth ingressus
descenderet ad Johannem. et illic eum un
geret in prophetam. Iam statim ut vox sa
lutacionis venit ad aures eius. exultans
puer prophetavit. non voce sed motu. Idem Crisostomus.
Dic infans dic, propheta enim maxime. qui
digne satis plusquam propheta vocaberis. Unde
tibi hec exultacio. Nondum natus es
etiam propheta es. Domini adventum agnoscis
quem quia voce salutare non potes. exultando
agis quod potes. Quidnam totus ei occur
reres si iam natus eum videres. cuius
aspectu adductu, exultando obviam ire cona
ris. Deinde repleta est etiam mater spiritu
sancto. per filium et meritis filii. Non prius
repleta est mater quam filius. sed filius reple
tus replet et matrem. De plenitudine
enim gratie quam Cristus se receperat in
mariam effudit per salutacionem verbis

[Marginal notes, left: "4 iuo" ; "4 iuo p[illegible]" ; "i. et cupio proprie dicitur Pe... et festinanter ambulando" ; "4 iuo". Right: "i. in sinu gratie preceptum quietem. precio sic maria fecit elizabeth ... Te"]

gratiam sanctificationis in Johannem / que
ulterius redundabat in matrem. Unde
exultans ac tota die exhylarata. et spiritu
sancto accensa. amplexatur virginem tenerrime
et pre gaudio exclamat magna voce. Filius
intus latens. docet quid mater exterius
agere debeat. Spiritus enim infantis
non valentis exclamare nec loqui voce propria
fecit clamare matrem voce magna. Cla
mavit autem voce magna. tamen insi
nuum magne affectionis. tum quia magna dei
dona cognovit. tum quia illum in utero te
nebat qui vox verbi erat. Quasi ergo mag
na vi elizabeth intus commota. non solum
virginem resalutavit. verum etiam voce mag
na clamavit. non clamosa quam devota.
quia non clamor sed amor sonat in aure
dei. Unde ista magnitudo magis est intel
ligenda ratione devotionis interioris. quam
sonitus exterioris. Devotio enim magnus clamor
est ita ut usque in celum audiatur. Unde
inquit dominus moysi tacenti / clamas ad me
Cum tamen non clamabat ad deum clamore oris.
sed desiderio cordis. Unde Augustinus. Clamor ad
deum est intentio cordis et flagrantia dilectionis.
quia semper petitur. quod optatur. Et dixit
Elizabeth. Benedicta tu inter mulieres
id est super omnes mulieres et inter benedictas
benedictionis insignibus / Nulla enim talis
umquam gratie particeps fuit / aut esse poterit
Benedicta es et ampliori benedictione cu
mulaberis. Et benedictus sit ventris fruc
tus tui. per quem benedictio venit aliis
Cum primo quia ipse benedictus est benedictione
gratie. quippe plenus dono omni carismatum.
benedictus etiam benedictione glorie. primum
quod deus ab eterno et usque in eternum. Non
quia tu benedicta / ideo benedictus fructus ven
tris tui. sed quia ille prevenit te in benedictio
ne dulcedinis. ideo tu benedicta. Benedicta
arbor. benedictus et arboris fructus

Benedicta virga de radice yesse. benedictus
et flos qui de tali radice ascendit. Benedicta
talis mater. benedictus et talis filius. Be
nedicta est maria ab angelo super. quia triumpha
tus est et ruinam reparavit. sed hic ab eliza
beth. quia inlitantem etiam. quam mor
tuam suscitavit. Ubi Beda. Eadem vo
ce ab Elizabeth / qua a Gabriele benedicitur
quatinus et angelis veneranda monstratur. Et
notandum quod quinque fructus colligitur ex beata
virgine primus est ventris et hic est generatio
per quam fructum vite recepimus. Secundus
est fructus mentis. et hic est compassio qua habet
ad afflictos. et super peccatores. Tercius est
oris. et hic est oratio. Quartus est operis. et hic
est protectio. Quintus est nominis. et hic est devotio
que habetur ex benedicto nomine eius est asse
lerans. ita ut in omnibus periculis ab omnibus
invocetur. Et unde hoc mihi ut veniat mater
domini mei ad me. idest qua mea iustitia quibus
meis factis vel meritis accidit hoc mihi. Si scilicet
et sanctum et primam reputationem hominum maledicte
ut mater domini mei. saluat virgo fecunda et
benedicta veniret sic humiliter devote et
reverenter ad me servam et ancillam suam
Tamquam diceret nullus. Neque sanctitas. neque re
ligio. neque nobilitas. aliqua hoc michi pres
titit. ut tanto honore. tanta quoque beatitudine
fierem digna. sed sola dei gratia. Ergo po
tius debui ire ad te. sed tua / tuique filii humi
litas te coegit venire ad me. Et nondum
quod mater domini venit ad peccatores per compassio
nem inquantum est amara mare / dans eis
amaritudinem contritionis / venit ad oppressos
per protectionem inquantum domina liberans eos / ve
nit ad mestos per consolationem inquantum
stella letificans eos. Unde Augustinus. Beata
maria succurre miseris. esto primum in auxilium
iuva pusillanimes. esto presidium refove
flebiles. esto tecum / Et vere benedicta
es. et benedictus ventris tui fructus / et

admiror de humilitate visitacionis tue propter magnificentiam virtutis que apparet in te. Ecce enim in tuo adventu et salutacione non solum ego sed et infans in utero meo gratulatur. et quod voce non potest gaudio fatetur. Sic Elizabeth miraculum et incarnationem verbi cognovit. et mariam esse matrem domini et deo plenam intellexit. Intellexit quippe per spiritum sanctum quo repleta erat. quia exultacio infantis illius significaret venisse matrem eius. cuius ipse precursor erat futurus. et ideo que ante erubescebat omnibus prius dum adhuc nesciret misterium religionis iam benedicit. et quod se occultabat quia conceperat filium iactat se quia generabat prophetam Elizabeth. que in occulto et secreta impregnatione generat. hiis qui simul aderant palam evangelizabat dicens. Et beata que credidisti scilicet angelo quando per assensum fidei concepisti. quoniam perficientur amplius in futuro ea que dicta sunt tibi a domino. scilicet per angelum nunciantem et per spiritum sanctum mentem tuam illustrantem et te immediate docentem. Ipsa hic insinuat quod verba angeli ad mariam dicta per spiritum agnoverat. Beata inquit que credidisti. Et beati illi qui audiunt et credunt. Considera itaque quante magne virtutis est beate virginis salutacio que confert gaudium. confert et spiritum sanctum. confert revelacionem secretorum. confert et prophetie actum. Et ideo frequenter est salutanda. propter resalutacionis lucrum inde sperandum. Audita ergo responsione Elizabeth qua eam matrem domini sui appellando et beatam predicando et fidem fortem laudando prophetavit amplius maria tacere non potuit dona que perceperat. et que virginali pudore et ex humilitate acceptum oraculum silencio texerat. iam congruo tempore patefecit. unde exultans prorupit in canticum leticie quod domino edidit dicens. Magnificat anima mea dominum et

totum ibidem complens iocunditatis et leticie canticum. Consueverant enim hebrei in causa magno cantica componere et dicere domino. qui deus mirabilia facit circa ipsos. Et plus omnibus potest hec virgo magnificare dominum. Beata siquidem virgo tantum misterium sibi esse manifestatum. et quia ita per hoc esset. more humilium non statim revelavit. sed quousque per Elizabeth revelatur abscondit. quam quia cognovit misterium per spiritum sanctum cognovisse. intelligens dominum illud revelari velle. tandem et hoc ipsa revelat. deumque magnificat. id est magnum in operibus eius laudat et predicat. non magnum facit. quia in se grandescere non potest et nec detrimentum nec augmentum recipit. Ergo dicit maria. O elizabeth tu me magnificas de bonis que vides in me. sed anima mea domino et creatori. videlicet deo patri. ex quo sunt omnia. attribuens ipsum in hoc tacite magnificat. et eius magnificentiam predicat. non tantum lingwa laudat. Et exultavit spiritus meus in deo salutari meo et salvatore meo. scilicet in filio per quem sunt omnia. per quem salus mundo reparatur. In hoc autem salutari virgo bene habet causam exultacionis plus quam omnes creature. quia parentes in filiis solent exultare. Et licet ipse sit salutare omni homini singulariter tamen fuit salutare virginis prae ceteris hominibus propter singulares virginis prerogativas. Spiritus ipse est anima. in terdum tamen accipitur pro anime racionalitate et excellencia. Anima namque communis. spiritus discretivus et intelligentie. unde comprehendit omnes vires sub anima et spiritu. Sub anima enim comprehenduntur vires inferiores in comparacione ad corpus. spiritus vero importat eandem substantiam anime. secundum vires superiores. quibus rapitur supra se dulcedine contemplacionis. Maria ergo anima et spiritu deo devota de omnibus beneficiis circa

eam diuinitus exhibitis · omnes vires suas
in graciarum actione et laude dei impe
dit · Quasi diceret secundum Ambrosi
um Tanto munere me dominus sublima
uit · vt nullo lingwe officio explicare pos
sim · sed tocius animi interioris affectu ma
gnendis graciarum laudibus offero totum
quod viuo · quod sencio / quod discerno in eius mag
nitudine contemplanda / in eius precep
tis obseruandis impendo · Magnificat
autem et ille dominum in cuius bonitate mag
nificatur et laudatur dominus · Sic enim in
discipulis magistri · sic in operibus suis arti
fices singuli laudantur et magnificantur
Magnificatur ergo deus in nobis · dum ani
ma / que ad ymaginem dei est facta · per ius
ticiam christo se conformat · que est ymago patris ·
dum ymago dei que est in ipsa magnificatur
virtutum magnitudine / magna efficitur
dum secundum precepta diuina conuersan
dum bonis operibus lucemus · Ideo ait
apostolus Magnificate et portate deum in
corpore vestro · Vnde nota quod deus magnifi
catur tripliciter in beneficiis suis · primo ipsa
beneficia / deo attribuendo · secundo pro ipsis deo
gracias agendo · tercio in ipsis nos exerce
do · Notandum eciam quod beata virgo in isto
cantico / dilatauit se / in dei laude et gra
ciarum actione · Nusquam autem alibi legitur fuisse
locuta · nisi valde parum et pauca verba
In vniuerso enim tantum septem vicibus
legimus eam locutam · vt hoc ostenderet
se gratia septiformi plenam · videlicet
cum angelo bis · primo quomodo fiet istud · Se
cundo ecce ancilla domini · Cum Elizabeth
bis · primo cum salutauit Elizabeth · Se
cundo cum ait Magnificat anima mea dominum
Cum filio bis / primo in templo · fili quid
fecisti nobis sic · Secundo in nupciis · vi
num non habent · Et semel cum ministris
ibidem · quodcumque dixerit vobis facite
In omnibus hiis patet · quod numquam locuta est

nisi breuiter paucis verbis · excepto quod hic
in cantico se dilatauit · vbi cum domino locuta
est · Et notandum quod hec septem verba locu
ta est in quatuor temporum vicibus · et non
sine euidenti vtilitate in qualibet vice
Quater igitur locuta est et quatuor mira
cula sunt secuta · scilicet in angeli annunciatione
et tunc concepit deum · in elizabeth visita
cione · et tunc exultauit infans in vtero
in nupciis · et tunc conuertit aquam in vinum
in templo · et tunc erat subditus illis · No
tandum etiam quod inter predictas locuciones
cum quatuor personis locuta est beata virgo
scilicet cum angelo · cum Elizabeth vetula
et cognata sua · cum filio / et cum ministris
In quo ostenditur pulchrum documentum · quod puel
la iuuenis · et precipue monialis rarissime
debet loqui · nisi vel cum angelo id est cum angel
ico sacerdote · quia angelus domini exercituum est
sacerdos · et hoc in confessione · vel cum sancta
Elizabeth / id est cum vetula vel alia anti
qua et sancta muliere et hoc in rara con
solacione · vel cum filio dei · et hoc in oracione
vel lectione · vel cum ministris ecclesie honeste
et hoc in necessitatum postulacione · Consi
dera ergo quomodo letantur matres ambe · et
laudant deum de vtriusque concepcione · et in
graciarum actione consistentes / aguntur dies lo
cucione · O qualis domus · vbi pariter commorantur
et requiescunt tales matres · scilicet maria et E
lizabeth · talibus filiis scilicet ihesu et Iohanne
fecundate · O si cum domina tua in montana
posses conscendere · ut sterilis et virginis
mutuos suaues contueri amplexus · et saluta
cionis officium · puto quod canticum illud sacrum
Magnificat anima mea dominum · cum bea
tissima virgine · suaui cum modulacione
canentes · inter conceptum virgineum / vna
cum propheta paruulo exultans · et iubilans
adorares · Vnde Augustinus ad sororem suam
Iam nunc cum dulcissima domina tua in monta
na conscende sterilis et virginis mutuum

complexum et salutacionis

complexum et salutacionis officium in
quo famulus domini precursor videlicet verbi ver-
bum in ancilla virginis utero clausum in vir-
ginis utero clausum et agnovit et indici-
bili gaudio exultavit. Beati ventres in
quibus mundi tenebras expulsis que tris-
ticie tenebras sempiterna leticia exhilaratur.
Natura hic per actum tantis gaudiis admirata
prostravit ad pedes corruisse et in com-
mendacione sponsum amplecti cum ei verbo
eius in alterius utero veneraret. Hec Augustinus.
Attende hic et imitare humilitatis exemplum.
Vadit enim maria ad Elizabeth
Christus ad Johannem domina ad ancillam
dominus ad servum venire et maria Elizabeth
servire non dedignatur. quid aliud quam
humilitatis exemplum ostendit. De qua eciam spe-
cialiter in cantico suo predicto exultat. et ple-
na omni virtutum plenam humilitatem re-
cognoscit dicens. quia respexit humilitatem
ancille. Ergo tu de te humilia cum maria
senciens. et quidquid boni habes. deo non
tibi cum ea attribuas. Et stetit maria
quasi mensibus tribus cum Elizabeth
pro eius consolacione et obsequio veniat
ministrans et serviens ei humiliter reve-
renter et devote in omnibus quibus pote-
rat quasi oblita se matrem dei esse. et
totius mundi reginam. ut in omnibus
impleret humilitatis mensuram. In ea
igitur contemplacio non deserit actionem nec
actio dei diminuit contemplacionem
Unde eciam ewangelium scriptum de mini-
sterio marthe et contemplacione marie
legitur in festo beate marie virginis assump-
cione. que de activa fuit ut patet ex hoc
loco et contemplativa. quia conservabat
omnia verba hec conferens in corde suo. Ita
diu quippe mansit maria cum Elizabeth
donec partus tempore completo. precursoris
domini sui. propter quam venerat nativitatem
videret. ut ei et nato obsequeretur et
ut in via et publico non videretur frequentare
et ut tanto tempore Elizabeth et Johannes
crescerent in virtutibus profectus. Nam si in primo
adventu marie. sed et eciam prius dono
spiritu sancto sunt repleti. multum in illis
sit additum de virtutibus in tanta mora man-
sionis. Completo igitur pariendi tempore
peperit elizabeth filium scilicet octo Kalendas
Julii et sexta feria cum nato ac eciam matri
eius humilia obsequia beata virgo exhi-
buit et in domo eciam aliena ministrare
preciosus quam ministrari voluit. Et audierunt
vicini qui erant cohabitantes. et cognati
qui erant consanguinei vel affines Elizabeth
quia magnificavit et magnifice fecit
dominus misericordiam suam cum illa id est magnam
misericordiam ei fecit scilicet opprobrium
sterilitatis auferendo et tamen ac talem filium
sic miraculose mirabiliter et conceptum
super naturaliter ei dando. et congratula-
bantur ei super tanto dono. secundum quod
angelus Zacharie dixerat. multi in
nativitate eius gaudebunt. Hoc autem
gaudium sanctitatem in eo futuram signi-
ficabat. Sic quilibet debet congratula-
ri et de bono alterius gaudere. contra
invidos qui de malo gratulant. et de bono
tristantur. Et nota quod hac die sanctus
Johannes ewangelista de carcere huius
mundi migravit. et ad celeste palacium
letitantibus angelis gloriosus intravit
et quia propter misterii officium non potuit
hodie festum eius celebrari. statuit hoc
ecclesia in ebdomada natalis domini die tercia
solempniter fieri vel quia ea die sibi
basilica dedicata. vel quia ~~ea die fuit~~
~~sibi~~ tuc insulanus et patriarcha creatus
in asia. et solempnitas baptiste in suo
die remansit. in merum. quia hec dies
ab angelo gaudio nativitatis precursoris
auctenticatus fuit. Consideret dilectissimus hos
equaliter summos dei amicos inter choros

angelorum iubilantes devote hodie laudibus
honorantes et orantes ad thronum gratie
mittamus vel omnem consequamur et gratiam
no in auxilio oportuno inveniamus. Sed cur
nativitatem Johannis potius quam aliorum
sanctorum celebremus? Hec causa est secundum
Augustinum quia illorum post nativitatem
et etatis accessum fides domino adhesit. sed
nullus eorum nativitatis Christo militavit. Jo
hannis autem dum ipsa nativitas prophetavit.
quem conceptum ex verbo salutavit. Idcirco
etiam nativitas Johannis celebratur. quia
Johannes dei gratia dictus scilicet et natus
est initio temporis gratie quia tota gratia
novi testamenti erat predicaturus. qui
etiam in utero est mundatus. Die quoque nativitatis
ipsius quidam lucernas multas accendunt
in quo significatur eius ex nativitatis die
de quo dominus dixit. Ille erat lucerna ardens et
lucens. Octavo autem die a nativitate secundum corpus
venerunt circumcidere puerum secundum preceptum
legis. Et quia in circumcisione tunc imponebatur
nomen puero. sicut modo imponitur in bap
tismo. ideo subdit. Et vocabant eum nomine
patris sui Zachariam. mos enim antiquorum
erat imponere nomina patrum primogenitis et
maxime unigenitis. Congrue autem impo
nebatur nomen in circumcisione. quia nullus nisi
abiciat carnalia quod significat circumcisio
dignus est ut nomen eius scribatur in libro
vite. Et respondens mater eius dixit. Ne
quaquam scilicet vocabitur Zacharias. sed voca
bitur Johannes. Hoc sibi a deo revelatum fuit
quia a patre muto non didicit. Pater
etiam nutu et signo de nomine impone
do interrogatus quia quod videtur quoque non tantum
erat mutus sed etiam surdus. postulavit
signo et non verbo pugillarem id est tabula
tantam. Qua utebatur pusillus. unde
secundum Ysidorum voluere Romanorum pugilla est
no tabula scribendi. Dicitur etiam pugillaris
calamus vel stilus et grafium quo scribimus

Et scripsit dicens Johannes est nomen eius.
Non dicit erit. sed est. quasi diceret. Jam est impo
situm nomen a deo et ab angelo ego non
impono. sed impositum dico. Et notandum quod hoc no
nomen Johannes fuit ei proprium primo propter
plenitudinem gratie quam habuit. Secundo
propter tempus gratie quod inchoavit. Tertio
propter excellentiam gratie quia primo predicavit
scilicet peccatorum remissione et gratie colla
cionem. Et mirati sunt universi super con
venientia et concordantia inter patrem et matrem
de nomine pueri seu de imposicione nominis huius
modi. Et autem apertum est os Zacharie et re
soluta est lingua eius. quia quod vinxerat in
credulitas fides resolvit. Per confessionem
enim fidei in scripto quam verbo facere non
poterat meruit liberari. sicut propter verbum
dubitationis demeruerat ligari. Quo facto
gratia novi testamenti reserata id est
manifestata esse ostendit. Et loquebatur bene
dicens deum pro beneficiis ostensis erat enim
Nec mirum si loquebatur. quia puer suus no
scilicet deus dedit ei benedicere. et ideo be
nedixit deum secundum illud benedicite
sacerdotes domini domino. Et factus est timor magnus
super omnes vicinos eorum timor scilicet ad
mirationis de hiis que facta sunt in ortu
Johannis scilicet de patre senis et sterilis de no
imposicione nominis singularis. Vel admiracio
losa restitucione locutionis vel timor pu
nicionis quia videntes virum religiosum
propter hesitationem sic punitum timebat sibi
omnes scientes quod non esset tutum offendere
deum. et super omnia montana Iudee. Et
circum circa divulgabantur omnia verba
hec scilicet predicta mirabilia. Et posu
erunt omnes qui audierant in corde suo scilicet
miracula que facta fuerant considerantes
et eventum rei futurum prestolantes dicentes
scilicet inter se. Quis et qualis putas
puer iste erit. Hoc autem quod ita querebant
de puero etenim manus domini id est gratia

i quasi dicerent valde magnus et laudabilis erit nec …

diuina et uirtus dei operabatur. Erat autem illo paruulo Johanne in mirabilibus, erat cum factis ex quibus rationabiliter concludebatur magnitudo pueri futura coram deo. Et Zacharias pater eius impletus est spiritu sancto et prophetans prophetauit canticum de laudibus factis domino dicens: Benedictus dominus deus Israel et cetera per totum. Magna est largitas diuine maiestatis pietatis et munera eius sunt prompta et parata ad accipiendum si nos sumus. Nam ecce lingua que sola est ablata diffidenti, cum spiritu prophetie est restituta credenti. Et ubi habundauit delictum, superhabundauit et gratia. Et ita frequenter amplius reddit dominus quam substulerit, et etiam quos sanauit in corpore, hos etiam in anima sanauit. Unde Ambrosius: Vide quia bonus deus et facilis indulgere peccatis. Non solum ablata restituit, sed etiam insperata concedit. Ille diu mutus prophetat. Hec enim gratia dei maxima, ut eum qui negauerat confitetur. Nemo ergo diffidat, nemo ueterum conscius delictorum premia diuina desperet. Nouit deus mutare sententiam, si tu noueris emendare delictum. Hec Ambrosius. Maria uero tandem ualefaciens Elizabeth et Zacharie ac benedicens Johannem redijt ad domum habitationis sue in Nazareth, completo tamen prius ortu precursoris, prout opinio magistrorum tenet. Per hoc autem quod statim post partum cognate sue redijt in domum suam, ostendit quod inhonestum sit morari sine officio in domo aliena. Libenter autem utique Zacharias et Elizabeth lacrimas fuderunt quando uirgo Maria inde recessit, quando mundi gaudium et stella maris in domum sua reuersa est. Johannes quoque in eius discessu non parum doluit, qui in illius aduentu tanto gaudio exultauit. In reuersione autem Marie paupertatem eius ad memoriam reuocare gaude. Redijt in domum in qua nec panem nec uinum nec alia necessaria erat inuentura. Fuerat quasi tribus mensibus apud illos forte opulenter, nunc autem redijt ad paupertatem suam, ut propriis manibus laborando uictum procuret. Compatere ergo sibi et in amorem paupertatis accende. Puer autem Johannes crescebat, tantum ad augmentum corporis et confortabatur spiritu quantum ad augmentum gratie et uirtutis, quia secundum incrementum corporis crescebat per augmentum uirtutis. Caro enim est infirma et ideo spiritu prompto est confortanda. Et erat quantum ad perfectionem conuersationis in desertis locis oracioni et contemplationi aptis. Ibi enim habitauit a septimo anno etatis sue usque in diem ostensionis sue ad Israel, id est donec placuit deo ipsum in Israhelitico populo demonstrare, scilicet quando uenit in Jordanem predicans baptismum penitentie. Quod factum est anno xv imperij Tiberij Cesaris. Tunc enim exijt de desertis ad predicandum populis. Considera in premissis magnificentiam Johannis et in multis alijs que de eo reperiuntur per singula.

Oratio

Sancte Johannes baptista, tu prius plenus deo quam natus ex utero, prius nosces deum quam notus in mundo, ad te domine quem gratia fecit tantum amicum dei suspiro anxius, quem iniquitas fecit tam reum dei. Clemento ergo domine ut sicut gratia dei te sic sublimauit, + [sic misericordia tua erigat quem culpa sua sic humiliauit. mea] Hec enim est iniquitas mea talem fecit, te autem talem non tu sed gratia dei certum. Obtine quesumus michi misero ut sicut tu in primo aduentu nostri saluatoris magno gaudio exultasti, sic et ego in secundo aduentu eius merear gaudere et cum sanctis in gloria exultare. Amen.

De genealogia

Descripta ergo gratia saluatoris ortu precursoris, consequenter sequitur genealogia saluatoris que hic eius ortum precedit.